

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Ioannis Andrae Hoffmanni Ivris Vtrivsque Doctoris In
Academia Ienensi Collectio Selectorvm Opvscvlvm De
Vnionibvs Electorvm S.R.I.**

Hofmann, Johann Andreas

Ienae, MDCCLII

VD18 12896357

Capvt XXX. De Institvtione Principvm Electorvm In Lingvis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18247

CAPVT XXX.
DE INSTITVTIONE PRINCIPVM
ELECTORVM IN LINGVIS.

§. I.

Cum sacri Romani Celsitudo Imperii, diuersarum nationum moribus, vita & idiomate distinctarum leges habeat, & gubernacula (*) moderari, dignum est & cunctorum sapientium iudicio censetur expediens, quod Electores Principes, ipsius Imperii columnae & latera, diuersorum idiomatum & linguarum differentiis instruantur, vt plures intelligant & a plurimis intelligantur, qui plurimorum necessitatibus releuandis Caesareae Sublimitati assistunt, in partem sollicitudinis constituti.

§. II. Quapropter statuimus, vt illustrium Principum, puta Regis Bohemiae, Comitis Palatini Rheni, Ducis Saxoniae, & Marchionis Brandenburgensis, Electorum filii, vel haeredes, & successores, cum verisimiliter Teutonicum idioma sibi naturaliter inditum scire praesumantur, & ab infantia didicisse, incipiendo a septimo aetatis suae anno, in Grammatica, Italica ac Slauiica linguis instruantur; Ita, quod infra quartum decimum aetatis annum existant in talibus iuxta datam sibi a Deo gratiam eruditi; cum illud non solum vtile, imo, ex causis praemissis summe necessarium habeatur, eo quod illae linguae, vt plurimum ad vsum (**)& necessitatem sacri Imperii frequentari sint solitae, & in his plus ardua ipsius imperii negotia ventilentur.

§. III. Hunc autem proficiendi modum in praemissis ponimus obseruandum, vt relinquatur optioni parentum, vt filios suos, si quos habuerint, seu proximos, quos in Principatibus sibi credunt verisimiliter successuros, ad loca dirigant, in quibus de huiusmodi linguis possint edoceri,

(*) Vide ad hoc caput comment. ad A. B. de LVDEWIGII T. II. p. 1344. seqq.

(**) vid. cap. *Caroli V.* art. 14. *Caroli VI.* & *VII.* art. 23.

ceri, vel in propriis domibus paedagogos, instructores & pueros confocios in his peritos eis adiungant, quorum conuersatione pariter & doctrina in linguis ipsis valeant erudiri. (*)

CAROLI VI.
SANCTIO PRAGMATICA AVSTRIACA.

Wien den 6. December 1724.

SIr Carl von Gottes Gnaden, Röm. Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, Castilien, Legion, Arragonien beeder Sicilien, in Jerusalem, Hungarn, Böhheim, Dalmatien, Croatien, Slavonien, Navarra, Granada, Toledo, Balenzien, Gallicien, Majorca, Hispalia, Sardinien, Corduba, Corfica, Murcia, Algarbien, Algezira, Gibraltar, derer Canarischen Inseln, in Ost- und West-Indien, deren Inseln und Terrae firmae des Oceani, König ic. Erz-Hersog von Oesterreich, Herzog von Burgund, Lothringen, Brabant, Limburg, Luxemburg, Seldern, Manland, Steyermarc, Cärnthen, Crain, Württemberg, Ober- und Nieder-Schlesien, Athen und Neopatrien, Fürst zu Schwaben; des Römischen Reichs Marggraf zu Burgau, Mähren, Ober- und Unter-Laufnis, Graf zu Habsburg, Flandern, Artois, Tyrol, Barcelona, Pfird, Kyburg, Görz, Roussilion, und Cerdagne; Landgraf in Elsaß; Marggraf zu Driftani und Graf zu Gozeane; Herr von der Windischen Marc, Slavonien, Portenau, Bisciaia, Molins, Salins, Tripolis und Mecheln ic.

N n 3

Fügen

(*) Quod ad aureae bullae descriptionem, denominationem, figuram &c. attinet, videri potest apud B. G. STRUVIUM corp. iur. publ. c. 6. p. 128. edit. len. 1738.

